

www.e-rara.ch

**Hesperi et phosphori nova phaenomena, sive Observationes circa
planetam Veneris**

Bianchini, Francesco

Romae i.E.Rom, 1728

ETH-Bibliothek Zürich

Shelf Mark: RAR 1272 fol.

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-423>

Imprimatur. / Approbationes.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Si videbitur Reverendissimo Patri Sac. Pal. Apost. Magistro.

N. Episcopus Bojanus Viceger.

APPROBATIONES.

Hesperii & Phosphori nova Phænomena: nova scilicet Phænomena quæ in Veneris Planeta Illustrissimus ac Reverendissimus Præsul D. Franciscus Blanchinus nunc primum Romæ inspexit, notavitque; nulli adhuc, quod sciam, Astronomorum cognita, Reverendissimi P. Sac. Pal. Apost. Magistri jussu perlegi, quod in me fuit diligentissimè. Quid autem sit quod omnium maximè admirer, accuratamne in diuturnis observationibus methodum, sedulamque in iis repetendis Macrotymiam, an verò in Astronomicis rationibus & calculis, vel instituendis, vel comparandis solertiam singularem, si quæras, atque ego maximè dicere velim, ut verè dicam, nescio. Futurum certè scio, ut qui eruditissimum Opus hoc attentè aestimaverit, inducatur facilè ut conjiciat, Clariss. Virum, totum uno Astronomiæ negotio animum applicuisse; ac meliora tempora Cœlestibus corporibus contemplandis insumpisse; quum tamen hunc ipsum Litterato Orbi, ultra citraque Montes, aliarum Scientiarum bonarumque Artium; & imprimis sacræ profanæque Antiquitatis studia pluribus nominibus illustrem fecerint; ejusque non uno præconio laudabilem, in Ecclesiasticis assidue obeundis ministeriis, Pietatem Roma commendet. Quanta interim utilitatis & incrementi ab hac quæ tamdiu in Eruditorum hominum expectatione fuit, pulcherrimi Operis editione, non rei Astronomiæ dumtaxat, sed & Physiologiæ, & Cosmographiæ accessio futura sit, Lectoris judicium esto. Id unum à novo ætatis nostræ Lynceo enixè precari nunquam desinam, ut plurima quæ in ipsius Museo delitescunt cum Astronomiæ, tum veteris eruditionis egregia monumenta diu à nobis desiderari non patiantur; sed ea in lucem proferens, magis magisque ostendat, exteris cultisque Nationibus nostrâ etiam hac ætate Viros Clarissimos Italiam non invidere. Quod verò in hoc Opere, Catholici Fidei, morumque integritati omnia consonant, plurimque illustrissimi Auctoris exhibent animum, idè publicè perlo committendum censeo, si præfato Reverendissimo Sac. Pal. Apost. Magistro ita videbitur. Dabam in Monasterio SS. Bonifacii & Alexii de Urbe, Kal. Julii ann. 1728.

D. Didacus de Revillas Abbas Hieronymianus, ac in Romano Archigymnasio publicus Matheseos Professor.

Cum Reverendiss. P. Jo: Benedicto Zuanelli Sac. Pal. Apost. Magist. mandante Jegerim librum ab Illustr. ac Reverendiss. Præsule Francisco Blanchino super Veneris systemate, ejusque tribus nuper ab eodem feliciter detectis phænomenis conscriptum, nihilque in illo offenderim, quod Christianæ Fidei, bonisque moribus adversetur, dignissimum judico, qui typis vulgetur. Cum præsertim doctissimus, & in Astronomicis rebus expertissimus Auctor sic omnia sua veriùs deprehensa prudens proponat, ut ex illis nemo possit argumenta petere in unius potius quàm in alterius ex duobus celeberrimis Mundi systematibus defensionem, & æquè bene phænomena in uno, atque altero systemate explicari luculenter doceat. Inde Astronomi, quorum studiis Ecclesia magnopere indiget pro Festis Catholicè taxandis in Sacrorum Conciliorum definitionibus, plura in eisdem, aliosque usus derivabunt, & sibi magis magisque in dies patere Cœlum, non secùs ac fermè tellus ipsa pateat, gaudebunt, Cœlosque omnes gloriam Dei enarrare, admirabilibus eorundem motibus, motuumque causis clariùs inspectis, fatebuntur. Romæ hac die 24. Junii 1728. ex Collegio Clementino.

D. Joannes Franciscus Baldinus C. R. Congreg. de Somascha.

I M P R I M A T U R.

Fr. Jo: Benedictus Zuanelli, Ord. Præd. Sac. Pal. Apost. Magister.

HES-